

*134. Instrumentum testamenti di
Comino de Bono Pari, arciprete
della chiesa cattedrale S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*134. Instrumentum testamenti di
Comino de Bono Pari, arciprete
della chiesa cattedrale S. Gerardo*

1435-08-15

(c. 413r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quatricentesimo tricesimo quinto, regnante serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia Aragonum, Sicilie citra ultraque farum rege etc. anno primo feliciter amen, die quintodecimo mensis augusti, tertiedecime indicionis, apud civitatem Potentie.

Nos Iacobus Curialis annalis iudex civitatis ipsius, Matheus de Sacc[o] de [P]otentia publicus ubilibet per totum per regnum Sicilie regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc spe[cialite]r et vocati et rogati, presenti scripto publico instrumento [tes]tamenti fatemur, notumfacimus et testamur quod n[obis] qui supra personaliter ceesitis ad domum habitacionis dopni Comini de Bono Pari archi[epis]copi ecclesie [Sa]ncti Girardi civitatis eiusdem [sita]m inter c[ivita]tem Potentie, in parochia Sancti Girardi predicti, confin[atam] iuxta domum Iacobi de Donnabella et domum [.....]lli de Daporella mediante quintana perluviali a [.....] quibus partibus iuxta vias publicas et alios conf[ine]s, ad preces et rogatum nobis sta(n)s sui parte, in qua quidem domo, videlicet in sala, invenimus ipsum dompnum Cominum iacentem in lecto et patientem morbum glandule seu sp(eci)em illius morbi, Christi gratia sana tamen mente, bone memorie recteque locutionis sistentem, qui prius ante omnia in nos // (c. 413v) consentiens predictos iudicem, notarium tamquam in suos expresse, cum sciret ex certa sui scientia nos iudicem, notarium suos in hac parte non esse ac iurisdictionem nostram voluntarie prorogando, considerans archi(epis)cope ipse precarium statum fragilem humane nature <et> quod nil est mortis

certius, nil incertius hora eius quod mors nullis auxiliatii potencie nec auxiliis suffragatus nec argento vel auro redimitii nec quomodolibet evit[ari] <potest>, volens saluti sue anime providere <et> bona sua d[ispo]nere <et> salubriter ordinare, ministrante sibi gratia Salvatoris, ut ulla <sic> post eius <obitum> discordia iure legatarios eriat et [nol]ens, quod absit, decideret intestatus, rerum suarum di[stri]butione non facta, bona ut p(re)d(ict)e, fruens memoria <et> [s]ano sensu, presens suum ultimum nuncupatum in [nostri] qui supra [presen]tia in uno eodem contestu in [modum] qui sequitur condidit testamentum seu ulti[mam] voluntatem et conditum dignum duxit; quod [quidem testa]mentum dominus testator valere voluit [et mandavit] iure testamenti, <et> si iure testamenti forsan non valeret seu valebit, saltem ipsum valere voluit seu valebit iure codicillorum, epistole donationis cause mortis, cuiuslibet alterius ultime voluntatis prout melius et de iure valere potest et debet et debitam efficaciam obtinere, ita quod in omnem eventum et casum dictum testamentum et // (c. 414r) condita in eo realiter exequantur et debite executioni mandentur iuxta voluntatem, ordinationem et mentem testatoris eiusdem, cassans, irritans et annullans, ex certa eius scientia, omnia alia testamenta, codicillos seu ultimas voluntates per eum huc usque condita seu ordinata, sub quacumque verborum serie sive forma ac volens et m[an]dans quod hec sit sua ultima voluntas et quilibet sibi [quo]cumque iure succedens, ipsam teneatur efficaciter adi[mple]re. Imprimis <sic> qui heredis institutio cuiuslibet te[sta]menti dignoscitur esse caput, dictus testator isti[t]uit atque fecit sibi heredem universalem ecclesiam Sancti Girardi predicti et voluit [e]t ordinavit testator i[ps]e quod dicta

ecclesia succedat in omnibus bonis suis [m]obilibus et stabilibus seseque moventibus, ubicumque existentibus et quocumque nomine nuncupatis, preterque infrascriptis legatis et fidei commissis; et quod lex Falcidia in eo testamento locum non habeat; item elegit sibi canonicam sepulturam seu corpus suum sepelli inter ecclesiam sancti Girardi predicti, in monumento comuni presbiterorum eiusdem ecclesie, exequias autem suas funerales ordinavit et mandavit fieri ad arbitrium episcoporum suorum successorum; item legavit, pro malis ablatis incertis, tarenos quaotuoer // (c. 414v); item legavit domno Gulielmo de Magliano patruo suo, pro fatigiis suis, tarenos tres; item legavit Iacobo de Bono Pari pro bonis servitiis sibi prestitis et illatis, ut dixit, ab eodem eidem, subscripta bona mobilia et stabilia, cum clausula et conditione quod si dictum Iacobum de Bono Pari c[o]ntingerit mori extra civitatem Potentie antequam ve[n]iret Potentiam, eo quod Iacobus ipse nunc non erat i[n] civitate predicta, quod predicta subscripta bona o[mn]ia mobilia et stabilia legata dicto Iacobo per e[un]dem testatorem revertantur et sint luminarie [e]cclesie Sancti Girardi predicti. Bona autem legata per ipsum testatorem dicto Iacobo pro bonis servitiis, ut supra, sin videlicet: sala in qua ipse iacebat seu domus confinata iuxta cameras dicte domus mediante muro comuni, iuxta domum Iacobi de Clara Bella mediante quintana pluviali, iuxta vias publicas et alios confines, cum cellario dicte sale; item vinea que fuit quondam domni Mazze cum palleario <sic> seu pigurio et duabus tinis et uno cibaro; item capifocum seu lannerium unum; item catena una de ferro ad ignem et unum calderonum magnum de #re; item vegetes tres maiores quas habebat testator ipse causa tenendi vinum; // (c. 415r) item

materacium unum pannonicum usitatum plenum capitiis; item par unum lintheaminum de lino quorum unum est bonum et alium subtaste; item plomatium unum pannonicum usitatum plenum pennis; item trappetum unum quem ipse emit ab uxore Ricardi de Pantone, de lana; item tina una magna causa tenendi de <sic> frumento et unum scrineum; item legavit Guliel[mi]ne sue servitrici, pro bonis servitiis sibi prestitis et illatis eidem ab eadem, subscripta bona omnia m[obili]a et stabilia cum clausula et conditione ut [in] vita sua durante tantum et post mortem dicte Gulielmine quod dicta bona legata per ipsum testatorem predictae sue servitrici pro bonis servitiis, ut supra, revertantur et sint luminarie dicte ecclesi[e] Sancti Girardi predicti; bona autem legata per ipsum testatorem dicte Gulielmine sunt: due camere seu domus confinata <sic> iuxta salam predictam mediante muro comuni, iuxta domum Antonelli de Caporella mediante quintana pluviali, iuxta vias publicas, cum cellario et omnibus intra se et sub se; item corrigiam unam de argento cum cinto viride ponderis unciarum decem et novem, sua vita durante, et quod post mortem suam dicta corrigia revertatur in subsidio calicum seu // (c. 415v) censeriorum dicte luminarie ecclesie Sancti Girardi ad arbitrium episcoporum suorum successorum; item vegetes due pro vino tenendo parve; item de #re caldaroni duo parvi et una catena de ferro ad ignem et una sartagina; item sacconus unus de capitiis; item mattericium unum melius de suis; unum plomatium; item par unum lintheaminum unum usitatum bonum et aliud su[...].riste; item trapeus unus de lana usitata et una sc[l]avina; item una tinella vetera et una arch[a] vetera et unum scrineum sua vita durante tantum; item legavit eidem Gulielmine

testator ipse de frumento gra[n]i tuminos sexdecim; item fecit, elegit, constituit et [o]rdinavit suos episcopos, exequutores, distributores et fidei commissarios sui presentis ultimi nuncupativi testamenti dominum Gulielmum de Magliano archidiaconum, domnum Lucam de Cioffo cantorem et Iacobum Curialem de Potentia et quemlibet ipsorum in solidum ita quod unus possit incipere, alius mediare, persequi et finire, alterius presentia vel absentia non obstante, presentes et omnes huius episcopatus et se sponte suscipientes, quibus et cuilibet ipsorum in solidum dedit plenariam, liberam et omnimodam potestatem et generalem intrandi, percipiendi, capiendi, vendendi et alienandi tantum de bonis suis donec presens testamentum et condita in eo plenarie exequantur et debite exequutioni // (c. 416r) mandentur, absque contrarietate quacumque heredis seu alterius qui contradicere vellet, quibus legavit pro quolibet episcoporum ipsorum tarenum unum pro fatigiis suis et voluit testator ipse quod si aliquod pactum, dicto iuris sive clausula inveniretur in dicto testamento <deesse> vel deficeret, unde possit aliquo modo infringi seu annullari, quod ad melius consilium sapientium possit refici et emendari quotiens opus fuerit, veritatis ta[me]n substantia non mutata. De quorum distributione et exequutione ipsi distributores vel ali[u]s eorum non teneantur heredi dicti testatoris v[e]l alteri ponere rationem nisi tantum receptis e[t] habitis per eos pro distributione et exequutione predicta per simplicem quaternum seu informationem in scriptis, cui informationi dari mandavit et voluit plenam fidem. Unde ad futuram rei memoria et dicti testatoris preces et dictorum episcoporum cauthelam et curie et quorum interest vel poterit interesse in futuram certitudinem,

factum est exinde hoc presens publicum instrumentum testamenti per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrum predictorum subscriptorum testium // (c. 416v) signis et subscriptionibus roboratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

Così S per accersitis

Così S per archipresbyteri

Così S per intus

Così S per pluviali

Così S per fattas

Così S per archipresbyter

Così S per auxiliatur

Così S per potenciis

Così S per suffragatur

Così S per redimitur

Così S per legationis

Così S per oriatur

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

Così S per decederet

Così S per predicitur

Così S per nuncupativum

Così S per obtinetur

Così S per quia

Così S per intus

Così S per epitroporum

Così S qui, in docc. coevi Mallano

Così S per sunt

Così S qui, sopra Donnabella

Così S per tigurio

Così S per landerium

Così S

Così S per incenseriorum

10

27

28

29

30

31

32

33

34

35

Quod scripsi ego idem predictus Matheus publicus ut supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. Ego Antonellus de Roto ad contractus iudex vigore et authoritate quarundam reginalium litterarum cum potestate mihi co[n]cessa per dictam maestatem quod possim subscribere loco iudicum mortuorum, non quod fateor me interfuisse in presenti contractu, sed ut reperii <sic> in actis protocollis notarii Mathei de Sacco subrogatus propria mea manu subscripsi et proprio signo signavi. Ego dominus Gulielmus de Magliano archidiaconus Potentie testis Ego presbiter Lucas de

Così S per epitroporum

Così S per materacium

Così S per epitropos

Così S per onus

Così S per epitropatus

Così S per epitroporum

Così S per dictio

Così S per epitroporum

Così S per cuius

Cioffo ca[n]tor Potentinus testis interfui Ego domnus
Antonellus de Barlo canonicus Potentie testis sum Ego
domnus Leonardus de Sacco canonicus Potentie Ego
diaconus Nicolaus de Balzano canonicus Potentinus
testis sum Ego diaconus Nicolaus Angelus de Mathia
canonicus Potentinus testis interfui